

70 CHYMICOR. PRINCIPI.

singulis, & ea parte totius in apricum  
ducta, quæ potior est effectio[n]is parens;  
quandoquidem coraliorum extergen-  
di vis, quam memorat Dioscorides, nō  
soli terreæ substantiæ, sed eiusdem sali,  
artificiosa præparatione elicito, inesse  
deprehendatur.

Vt ergo tandem ad po[ntum] conten-  
damus, a fossilibus, metallis, & lapidi-  
bus non abhorret Hippocrates & Ga-  
lenus, non alij veteres: in primis anti-  
monium, hydrargyrum, calchandum,  
sulphur non subterfugiunt: quorum  
singulorum & omnium, si quæ nocens  
subest qualitas, indicio aliorum, vsu  
quotidiano frequentatorum remedi-  
orum, ad opportunam therapeiæ me-  
diocritatem redigi potest: vt hinc nil  
se offerat, quo merito iure à Dogma-  
*Et Medicus*  
*& Chymici-*  
*eus effecti-*  
*bis nonun-*  
*quamser-*  
*gunt.*  
tico diuersus sit Chymicus. Affectibus  
non rarò seruit vterque, vt hic non  
nisi metalla probet, quantumuis cæ-  
tera non improbet: ille præ his, me-  
talla susque deq; habeat. Sed eius de-  
mum moderatio laudem meretur, qui  
in omnem casum pronus paratusque,  
nil respuit, quod vsus optati felicisque  
spem